

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Capvt Primvm. Ingressus ad Institutum: Quid Abstinentia, Et quædam ejus  
encomia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

# ALOE AMARI. SED SALVBRIS

SVCCI

# IEIVNIVM. LIBER PRIMVS. QVARIE IEIVNANDVM.

## CAPVT I.

*Ingressus ad institutum: Quid Abstinentia sit:  
Quædam ius encomia.*

**T**ABELLARIVS è cælo Raphaël  
confecto itiner cum Tobiâ juve-  
nem, personam demum posuit, quam  
in viâ gesserat. Tunc exiit eis oc-  
culi: Benedicte Deum celi, & coram  
omnibus viventibus confitemini ei, quia  
fecit volescum misericordiam suam. Ete-  
niam sacramentum regis abscondere bonum est: opera autem  
Dei revelare & confiteri honorificum est.

Hic senior Tobias interrogari: Quodnam hoc  
sacramentum, quænam hæc opera sunt? Ad quaestio-  
nem hanc Angeles: Bona est, inquit, oratio cum jejunio  
& elemosynâ, magis quam thesauros auri recondere. Tale  
quid est oratio, ut si geminus & ab elemosynis, &  
a jejunii habeat subfidiū, inter labores pretiosissi-  
mos recte numerari possit, & illo longe melior ac  
pretiosior, qui arcas auro stipat. Bona est oratio, sed  
bona cum elemosynâ, bona cum jejunio. Thesaurus  
est oratio, non monetæ vilioris, non nummularum,  
non festiorum, non philipeorum, sed aureorum,  
sed gemmarum, pretiosior omni thesauro.

Gell. l. 17.  
Not. Att.  
e. 19.  
Intoleran-  
tia & in-  
continencia  
orbe va-  
stant uni-  
versum.  
  
Epictetus, teste Gellio, dicere solebat: Orbeum uni-  
versum gemina vastant vitia, mulè omnium gravissi-  
ma ac tererrima, Intolerantia & Incontinencia: cùm  
aut injurias, quæ sunt ferendæ non ferimus; aut  
a quibus rebus voluptatibusque nos continere debe-  
mus, non continemus. Hoc inde provenit, cùm dext-  
rum hominis brachium, validum nimis & pugnax, &  
lævum imbellè nimis & invalidum est. Intolerantia  
est, quæ nihil injuriarum concoquere, adversorum ni-  
hil perferre potest, velut sinistrum brachium exhau-  
stis viribus, nullius roboris, quavis injuriola provocata  
ad rixas. Mores hominum considera, & videbis  
Intolerantiam turpissimam. Sunt quos vel digitulo  
tangere sit nefas, obliquo ferire oculo, capitale cen-  
teatur; quævis offensacula gladio vindicanda creditur. Hinc  
controversiarum ubique plurimum, hinc li-  
ties innumeræ. Hæc pestis ab Intolerantiâ est. At ve-  
rò Incontinencia, veluti dextrum brachium nimis  
bellicosum, & in propriam perniciem præservidum:

A cùm voluptatis fames coercenda, cùm appetentia ci-  
bi potiusque refrenanda, cùm petulantia oculorum re-  
primenda; sūm illud brachium Incontinencia vi-  
bit, arceti à re cupitâ non sustinet, pro se in suum  
exitum pugnat. Conscientia, ratio, lex divina frenos  
injicere copantur, sed Incontinentiæ furor erumpit,  
& campos pervolat apertos.

Quid hic remedium? quid agendum? Geminas di-  
ctas voculas Epictetus, avixit & dixit. Itaque, in-  
quit, si quis hæc duo verba cordi habeat, eaque sibi  
imperando atque observando curerit, is erit plerique  
impeccabilis, vitamque vivet tranquillissimam. Su-  
stinentio & Abstinentio malum omni vincitur. Pullat vitium  
injuria, veniat fortuna adverfa? Sustine. Voluptas vici  
allicit, & dulce toxicum propinat? Abstine, abstine.

Ita utrimque tutissimus tranfibis.

Bona igitur est oratio, sed bona est cum jejunio. Oratio  
Oratio, pharmacum est omnibus vitiorum morbis  
congruum. Omnes animi labem corrigit oratio.  
Submissionem aliquis & modestiam ambit? oret. Ca-  
stimoniam expedit? oret. Sobrietatem gerit in votis?  
oret. Virtus cogitat bellum indicere? oret, & magno  
animō speret victoriam. Oratio in omnes noxas vali-  
dissime pugnat: tunc autem vincit & triumphat,  
quando tam elemosyna quam abstinentia conjuncte  
secum viribus certant. Cum ergo Intolerantia & In-  
continencia in omne nos malum præcipitent, Ele-  
emosynam Intolerantia, Abstinentiam Incontinencia  
opponimus. Eleemosyna, quam vocamus sacram, omni-  
um injuriarum tolerantissima, inimicis omnibus ignoscit. Hæc vera Christianorum tolerantiam est. At ve-  
rò Iejunium & Abstinentiam gulae moderari, cibi po-  
tiusque appetentiam coercere, fraudare genium no-  
vit. Hæc vera Christianorum continentiam est. Ita su-  
stinentio, ita & abstinentio. Bona est oratio cum je-  
junio.

En igitur non tantum sapientis Epicteti, sed &  
Raphaelis Archangeli præceptionem saluberrimam,  
patientiæ, ceterisque virtutibus jungendam Abstinen-  
tiæ, orationem jejunio firmandam.

De Oratione, quam Cælestem Rhetoricam appelle-  
amus, jam actum est libro singulari, ut etiam de E-  
leemosynâ, quam Gazophylacium Christi nominamus.  
Restat, ut etiam Abstinentiam omnium phar-  
macorum pharmacum nobilissimum explicemus:  
quod hac scriptione facere paramus.

f. I. Primum

# De Iejunio Lib. I. Cap. I.

213

## S. I.

**P**rimum omnium hic queri possit: Quid est Abstinentia, quid Iejunium? Henc questionem non anxiè ad aurum libellam examinabimus. Compendio respondemus. Theologus Aquinas: *Abstinentia*, inquit, est substratio ciborum, que ratione gubernatur; nomen & dignitatem virtutis obtinet. Iejunium vero est actus virtutis abstinentiae, cum ad carnis macerationem, & mens in Deum elevationem, ac culparum expiationem assumentur. Fuit qui Abbatem Ypricium interrogaret: Quid est Iejunium? Cui ille: Esi, inquit, frenum adversus peccatum. Hoc freno incontinentia retinetur, ne cibis præcipitem inicias manum.

Nos de Abstinentia & Iejunio acturi, tria exequemur. Primum est, Quare jejunandum. Alterum, Quomodo jejunandum. Tertium, Quo fructu instituatur jejunium. Primum parte primâ disserimur nos, duo altera parte secundâ explicabimus. Fundamentum jecimus: *Bona est oratio cum jejunio & elemosyna*. Hoc fundamento nixus. Augustinus: Hoc est, inquit, iustitia homini in hac via, jejunum, elemosyna & oratio. *Vivit orationem tuam volare ad Deum?* fac illi duas alas, jejunum & elemosynam.

Abstinentia Christianis semper laudatissima virtus est habita. Nos, inquit Hieronymus, creaturam Dei omnem laudamus; sed maciem sagine, abstinentiam luxurie, jejunia præserimus saturati. A diebus Joannis Baptiste jejunatoria & virginis, regnum celorum vim patitur, & violentes disruptunt illud. Timemus enim, ne ab adventu eterni Iudicis, sicut in diebus diluvii, & eversione Sodome ac Gomorrhe, comprehendamur mandantes, & bibentes, & nubentes, & nuptiū tradentes. Nam & diluvium, & igne de celo saturatorem pariter & nuptias, quas dederet, inventas. Subiungit Hieronymus: Elias quadragesita dierum jejunio præparatus Deum videt in monte Horeb, & audit ab eo: *Quid tu hic Elias?* Multo familiarior ista vox, quam illa in Genesi: Adam ubi es? Hec enim pastum & perditum Adam terribat: illa jejunium, si famulo blandiebatur.

Adg. 10. 10. Advertamus ergo, inquit Augustinus, quanta sit inter jejunium & saturatorem distantia, inter ventrem vacuum & palmares epulis differtens. Moses quia jejunavit, Dominum videt. Populus quia manducavit & bibit, idola fabricavit. Quatrag. Imperatrum unius hominis jejunia, quod totius populi saturitas deferaverat. Princeps humani generis Adam, quandiu jejunavit, in paradiso fuit: ubi vero comedit, ejecutus est de paradiſo. Ejectus ergo nos de paradiſo cibis: reducat esurias, reducat jejunium. Semper enim juncta est saturatior lacrima. Sanctorum & jejunanti etiam elementa famulata sunt. Vide te, char. 731. Quād. rīsmi, quanta sit Dei clementia erga jejunantes.

Sed, inquires, cur Eliæ Deus panem & aquam tantum, non etiam submisit prandium, sicut Danieli in caverna leoninum? Augustinus respondens, sciebat Deus, inquit, prophetam suam tentantem diabolum aliter superare non posse, nisi jejunis eruditus insidiantis inimici tentamenta depellerent. Idcirco ipse Dei filius à diabolo tentandus jejunavit. Non Phariseorum tantum, sed & Ioannis, sed & Christi discipuli jejunarunt. Prædicens Christus: *Venient dies, inquit, cum auferetur ab eis sponsus;* & tunc jejunabunt. Paulus non tantum in laboribus ac vigiliis, sed & in jejunis multis te Dei ministrum exhibuit. Cornelius Centurio Romanus quatri duo toto jejunus preces perpetuavit.

## S. II.

**B**Asilius Magnus jejunium meritis elogii extollens: Vno, inquit, temporis momento ob gulam populus ille per maxima prodigia Dei cultum edoctus, in Egyptiacam idolatriam turpissime devolutus est. Ex quo si utrumque simul conferas, videre licet, jejunium ad Deum ducere, delicias

verò salutem perdere. Quid Esau inquinavit, servumque fratris reddidit? nomine esa una, propter quem primogenitus venit. Ieiunium concepit, jejunum nutritum, jejunum virum esse. Quod fuit Angelus matris precepit, monens, quacumque ex vite procederent, in attingeret, non vinum, non siceram biberet. Iejunium prophetas genuit, potentes confirmat atque reborat. Iejunium legislatores sapientes facit: anima optima custodia, corporis socius securus, fortibus viris munimentum & armis, athletis & certantibus exercitatio. Hoc preterea tentationes propulsat, ad pietatem armat, cum sobrietate habitat, temperante opere est: in bellis fortitudinem assert, in pace quietem docet: Nazareum sanctificat, Sacerdotem perficit. Sapienter dictum: Si sciret mundus, quanta vis in abstinentia & jejunio lateret, nullis hac in re opus foret legibus. Et verissime summis Antifitum Leo dicit: *Quid potest efficacius esse jejunio, cuius observantia approponamus Deo, resplendens diabolus? semper virtutis cibis jejunum decimi mensis & collatiles voluntates, salubriora costitit, & per voluntarias afflictiones caro concupiscentias moritur, virtutibus spiritus invigoratur.*

Iejunium adē placet Deo, ut vel ipsa etiam jejunii umbra in infantilis, & in ipsis quoque jumentis placeat. Vrbs Ninive non tantum infantorum cunis, sed & jumentorum prælepijs jejunia indixit, propitiando Numini. Quod si ad delendas noxas adjuvamento fuit vel abstinentia umbra, quid non ipsa valebit efficere abstinentia?

Ambrofius in jejunii elogii liberalissimus scriptor: *Ambr. 10. 4.* Quis, ait, deterioravit dominum suum jejunio? quis imminuit facultatis? cui non suspecta luxurie? cui non venerabilis jejunio c. 8. abstinentia? cuius torum appetitivit parsimonia? cuius pudicitia? *l. 10. 2.* rem non leprosas? jejunium continentia magisterium est, pudicitia disciplina, humilitas mentis, castigatio carnis, forma sobrietatis, norma virtutis, purificatio anime, miserationis expensio, lenitatis institutio, caritatis illecebra, senilis gratia, juvenitatis custodia. Iejunium est bonus itineris viaticum, bonum totius vite. Qui gravo dicunt jejunium esse, respondeant quis jejunio defecerit. Multi in prandio, plerique dum vomunt epulum, fidere animam. Quod postrem animal jejunium sibi causam suisse mortis ingenuit? Per escam laqueus non caveretur, in escâ hamus latet, & cibus dedit in foream, cibus inducit in retia, cibus visco etiam ave illigat, volantes deposit ad mortem. Iejunium sobrietas mentis est, hoc vigenter sensus, in hoc iudicia tractantur, in convivio pocula. Iejunium custodit disciplinam, luxuriam sequitur inopia. Iejunium quietem diligit, luxuria inquietudinem. Obsonator est, qui, antequam dilucat fore aliena pulsat, & tanquam belum immineat, excitat dormientes. Taroratum vides, anhelantem advertis, interrogas que causa perturbationis sit: Posit, inquit, dominus meus, ubi vinum melius, ubi sumen mollius, ubi phasianus pinguior, ubi pisces recentior & neeat. Haec nimurum ventris curae sunt, sine his quietum proficit jejunium. *Hinc idem 10. 3.* idem Ambrofius: *Qua nobis, inquit, salus esse potest, nisi jejunio cluerimus peccata nostra, cum scriptura dicat: Ieju-* *ep. 8. 2. mih* *nus & elemosyna à peccato liberat? Qui sunt ergo hi prece-*pag. 2. 40.* ptiores novi, qui meritum excludunt jejunium?*

## S. III.

**D**ivus Athanasius in cautelam sollicitè præmonens: Si accedant aliqui, ait, & dicant tibi, ne frequenter jejunies, ne imbecillior fias; ne credas illis, neque auctoritate sedules; per istos enim inimicis hec suggestum: lamque recitat is seu, de mea pagina sacrâ testimoniis hec subiungit: Vide si quid faciat jejunium? Morbos sanat, distillationes corporis expicit, demones fugat, prava cogitationes expellit, mentem clariorem reddit, cor mundum efficit, corpus sanctificat, denique ad thronum Dei hominem sifit. Et non putes hec temere dici, habes hunc rei testimonium in Evangelio à Salvatore prolatum. Cion-

enim

enim quæsivissent discipuli, quoniam modo immundi spiritus ejicerentur, respondit Dominus: Hoc genus non ejicitur nisi in oratione & jejunio. Quisquis igitur ab immundo spiritu vexatur, si hoc animadvertis, & hoc pharmaco uratur, jejuniu inquam, statim spiritus malus oppressus abscedet vix jejuniu metuens. Valde enim demones oblectantur crapulæ, & ebrietate, & corporis commissis. Magna vis in jejunio.

Non immergitur Chrysostomus miratus à plurimijs jejunij velut seruant horribilem timet. Cum enim Quadragesima dies accedunt, ejunium tamquam hostem inferni sumum horreficunt, & ideo ventrem stabilium, stomachum inficiunt, hilaria celebrant, comeduntibus & portionibus se munient, & hoc unum satagunt, ut cibi ac potus quam plurimum glutiant & hauriant. Quod eò faciunt, ut, si fieri illo modo possit, nihil jejuniu & famis ad ipsius usque diem paucat sentirent. Ita civitas, quæ hostis adventum & obsidionem metuit, vario se comateo instruit. Longè aliter Olim Christiana pietas egit. Nam, beato Maximino teste, ad quadrangradiale jejunium precibus ac jejuniu scilicet parabat, ut ventrem nonnullam jam asfuefactum ad eleemosias dies adferrent: Nonnullorum, inquit, sibi confundentes Quadragesima dies devotione jejuniu præveniunt. Quid igitur Christiane, times, quod non tantum non timendum, sed desiderandum & modis omnibus expetendum? quid times ea, quæ latuti sunt, & non times, quæ interitum afferunt?

Ambro. 10. 3. Ambrosius, ut plurimorum adversus jejunium frater, 39. mibi gidiſſimas excusationes retundat, & jejuniu metum adimat: Ita homines, inquit, quorum animus semper est in prandio, prandendi sibi casus inquirunt; & dum se à jejuniu excusant, tempora creatoris accusant. Hic astate stium, bie me famem tolerare nequeunt. Gravè si ergo est, inquit, escis calestis nos oportet. Alii imbecillitatem virium, stomachi debilitatem, capitis intemperiem, somni defectum & vertiginem, alios alii speciosissimos titulos pretendent culpæ; in omnem se partem versant, ut jejuniu legibus solvantur; jejuniu ut hostem extinxerint.

Quam autem natura & ratio sana jejuniu & abstinentiam non abhorrent! quam illud hilariter complectuntur! Annæus Seneca è naturæ ac rationis dictamine: Parabile est, inquit, quod natura desiderat, & expositum; ad supervacua sudatur. Ad manum est, quod satis est. Quantum illud quod natura datur, parvo ea dimittitur. Nec solum laudavit abstinentiam Seneca, sed & ipse abstinentissimus. Cum vero Attalus, inquit, commendare paupertatem coepit, & ostendere, quam quidquid usum excederet, pondus efficeretur, & grave ferenti; cum coepit voluntates nostras traducere, laudare casum corpus, obriam mensam, puram mentem, non tantum ab illis voluntatibus, sed etiam supervacuis: libebat circumscribere galam & ventrem. Inde ostreis boletis, ut in omnem vitam renuntiatur est. Hec enim non cibi sed oblectamenta sunt, ad edendum saturos cogentia: quod gratissimum est edacibus, & se ultra quam capiunt sarcinibus, facile descensura, facile reditura. Inde in omnem vitam anguento abstinemus, quoniam optimus odor in corpore est nullus. Inde vino caveat stomachus; inde in omnem vitam balneum fugimus. Hæc abstinentia Seneca, qui non solum cibi deliciis, sed & vini potu abstinuit admirandâ sui victoriâ.

Epicterus ad omnem evitandam voluptatem sobrius suafor: Si voluptatis alicuius imaginem, inquit, animo conceperis, moderare tibi, ne ab eis noveris. Sed & rem examina, & tibi ipse deliberati prebe spatum. Deinde uirius que temporis memento, tum ejus quo voluptate (cibi & potu) perfueris, tum ejus quo percepta am voluptate dolebis, teque ipse oburgabis. Argue bis illa confer: Si abstineris, fore ut gaudeas, teque ipse collaudes. Quod si tibi suscipienda rei videbitur esse tempus, cave ne te vincant ejus blanditiae, suavitates & illecebra: sed illud oppone, quanò præstantior sit talis victorie conscientia. Refrenatio gula, pars maxima-

vitoriae adversus uniuersa vita. Hæc in antecessum suffecerit libasse.

## C A P V T II.

Iejunium reprimit carnis nequitias.

VAGRIVS, Nicephoro teste, ad Macarium Nicophorus Anachoretam sub meridiem revisit, cùmque fatigatio ac siti exhaustus frigidam postularet, Macarius Macarius ad illum placide: Mi fili, ait, Contentus esto hac umbra; multi enim viatores & navigantes eam nunc Levanus dicantur. Evagrius vir mitioris ingenii ad tranquillitatem se componens, de Temperantia cœpit differere. Cui Macarius: Confide, ô fili, ait, & bono esto animo; ego jam totis viginti annis neque panem, neque aquam, neque somnum ad satietatem admisi. Et pag. 610 nem quidem ad modicum libellæ pondus comedì, aquam ad mensuram parcissimam bibi; cùm verò fatigazione cogerer, parieti acclinis, exiguum somni partem rapui. Hæc vite mea methodus est.

Sane vir iste, qui corpori suo noverca exitus, exædæ levit, quod certa experientia didicit; Corpus quantò mollius haberetur, tantò nequius evadere, & solù in hanc bestiam clementiæ peccari. Hoc omnium sapientum placitis semper confirmatissum fuit, caro Mulcens pluriū effera multe. Caro equus est in ratus dominus, qui poppissimis minimè placatur. Vis carnem fletere ad obsequium? Cave illam tractes suavis, perpetuis rigoribus duriter exercenda est, alioquin calce ferit, & lessorem excutit. Daniel Abbas dicere solebat: Vigor corporis, languor animi. Quod enim magis fovetur corpus, eò magis ferocit, & insolecit aduersus animum. Hæc bellua beneficis non circatur. Vox una omnium sanctorum hominum est, Corpus castigatione assiduā domandum. Hoc Prophetæ, hoc Apolloli, hoc ipse Christus & verbis & factis docuerunt: hoc quivis amicorum Christi cum Paulo contentissime vociferatur: Castigo corpus meum, & in servitatem redigo. Corpus serio & assiduè castigandum esse, hac dissertatione uberioris docebimus. Quæ quidem ratione primam caussam, cur jejunandum sit, explicabimus; ceterarum singula capitibus singulis agnaturi.

## §. I.

Vm ratio, tum experientia testatur, nucem arborem crebro lapidum jaclu ad fertilitatem provocari; asini tarditatē fustibus incitari; aselli marini duriorem malleis molliri; lentiorem incessum equi calcariis incitari; petulantiam pueri virgis corrigi; negligientiam famuli flagris aut colaphis emendar; projectam mancipii audaciam compedibus & catenis frangi; feminas Moscoviticas verberibus placari. Ita proflus petulans Caro sicut nux aut asinus, sicut infrenis aut cæspitator equus, sicut mancipium & cessator servus est; hic opus freno, calcaribus, baculo. Salomonis monitum est. Qui delicate à pueritiae Propterea nutriti servum suum, postea senecte eum contamacem. Salomonis Siracides assensus: Cibaria, inquit, & virga, & ueronus asino: panis & disciplina, & opus servo. Atqui rationis servus est. Corpus, panis igitur seu victus tenuis ac modicus, disciplina & opus illi convenient. Annæus initio Seneca hæc sanè Christianam sapientiam professus, tandem religiosissime disserens: Hanc ergo sanam, inquit, & sa. indulgentib. formam vite tenere memento, ut corpori tantum in domo dulgeas, quantum bone valeritudini satis est. Durioris tractamen, ponit, quod dum est corpus, ne animo male pareat: cibus famem sedet, valerius potio si im extinguat, vestis frigus arcat, domus munimentum ni latit, sit aduersus infesta corpori. Multis serviet, qui corpori servit, est, qui pro illo nimium timeret, qui ad illud omnia referit. Sic nos Idem quæ gerere ianiss